

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Possel


**ORATIO || DE DEMOS=||THENE, RECITATA || à Decano || M. IOHANNE
POSSELIO.|| CVM DECERNERET || titulum Magisterij aliquot honestis || et doctis
viris, in Academia || Rostochiensi.||**

Rostock: Lucius, Jakob d.Ä., 1565

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1041854331>

Druck Freier  Zugang





A-C

17. 11.

C-4267.
~~C. H. C. 9298.~~



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1041854331/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1041854331/phys_0004)

ORATIO
DE DEMOS=
THENE, RECITATA
à Decano

M. IOHANNE POSSELIO.

CVM DECERNERET
titulum Magisterij aliquot honestis
& doctis viris, in Academia
Rostochiensi.



Rostochij.
Excudebat Iacobus Transylvanicus.

Anno 1565.



REVERENDISSI=
MO ET ILLV STRISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO, D. EBER-
HARDO, Episcopo Lubecensi, Postulato
Verdensi, Monasterij S. Michaelis
apud Luneburgenses Abba-
ti Sc. Domino suo
clementiss.

* *

ΑΤΡΕΚΕΩΣ ήδη λυγρός χρόνος ἐγίνεκός,
Θεωρίων περὶ τὸ χριστὸν ἔειπε πάρος.
Μαινεται ἀρχένακος σαλαβας, ὡς ηύγενειος,
Δις νῆπης, τεύχων ἐν χθνοὶ πολλὰ κακά.
Οὐκ ἔιτε εὐσεβίας χάρεις ἐγίνεται ὡς ὄρκου ἀμέμπτη,
Ανθρώποις αἰδίωστι εἰν ὅλιγοισιν ἐφυ.
Η φιλία, ἀγάπη, δοσί, καὶ πίστις ὅλοντο,
Θάλασσιν κακίαν αὖ πάλι πανιδαπαί.
Αἰρετικοί, δινατοίτε τύρannoι μηχανάονται
Τῆς διδαχῆς ὅλεθρον θεσπεσίους χαλεπού.

A 2

Συγγρ.

Συγγενέος χ' εἰερά ἔτερος πόλιν ἐξαλαπάζει,

Αιματος ό πέλειαι τῇ ιδίῳ οὐπις.

Πλείν γάρ νῦν γαῖα κακῶν πλείστη θάλασσα,
Πλήσιος νῦν δίκος θυητός εκάτης ἔρυ.

Αὐτὰρ ἐνὶ συγεροῖς τύλοισι κακοῖσιν ἐγείρει
Ανέρχεται πρωταράτωρ ὁ θεός,

Οι ἀρετῆς οὐσίοις κεκασμένοι ἐξοχαί αἱλων
Θυητών τιμῶσιν παμμελέοντα θεόν.

Καὶ προφέρεται ἵερης θυητοκείνης, πόλει θεμιταί
Ιθείησι δίκαιος πᾶσι νέμεται βροτοῖς.

Τοῖος τημερής πολλῶν μέγα φέρεται λαῶν
Ηρως κακάρχων ἐστι σὺ κεδωνόλαος.

Τύπη ἐν ἀρχάσιν λάμπεις καθάδι εἰσερος αἱλοΐς
Σύμπασιν, τὰς γῆς ἀνθεμούσας ἔχει.

Ου γέ σοι μετὰ φρεατί μέλει πολεμητία ἔργοι
Σχέτλια, ό τέρψεις σώματος θλόμενα.

Ου θηρημα φιλέσ, ό τέργης πλάγιον αἱμετρώς,
Φεύγεις δ' οἴκωσιν λευγαλένητε μεθην.

Ἐχθαίρεις πόρνας πάσας αἰσχράστε γυναικας,
Ασκες δ' αγνείαν σωφροσυνητε φίλην.

Αγκιστοί

Αγκιστροῦ σατανᾶ πολυμηχάνου ἐξὶν ἀπάσῳ
Ηδωνή, εἰς λύπην ἔλκον ἀχροστεῖ Σαρὺ.
Ταῦτα καλῶς εἰδὼς ἀπέγινε κακοτυπος ἀπάσης
Μισῆς λαγνείαν λυσιμελῆτε τρύφην
Εἰσὶ μὲν δι αἱρεταῖ ἀνται, ΕΒΕΡΑΡΔΕ, ἀπάσαι
Θεῖαὶ καὶ ἑραταῖ, κοίρανε κυδιάλυμε·
Εἴνεκα τῶν σε ἀπάντες θαυμάζοσι μηκάνια
Εσθλοῖ, κλέιοντες σὸν κλέος πίθεοι.
Αυσάρ σοι πλεῖσταὶ καὶ πολλοὶ ἀρέιοντες ἀλλοι
Ευειδῆς ἀρεταῖ εἰσὶ μάλ' ὠφέλιμοι.
Ἐκ θυμοῦ γδὲ νψιμέδιοντα θεὸν θεραπένεις,
Δουσ ἀγνῶσ τιμᾶς ἀντῷ ὄφειλομένασ.
Στέργεις λυτρωτὴν καθαρῶς θεὸς οὐλὸν Ιητόν,
Τύτω μαδάζεις καὶ χαρίεντα τελέν.
Τῆς ὄρθης διδαχῆς Ευαγγέλιοι ἀρωγοί
Ηδὲ τροφεὺς τελέθεις πιεῖσθε επιγρανί.
Τοῖς νεανίσκοισιν σὺ πεντέουσιν ὅπαζεις,
Τεχνῶν μαδιλαιοις, χέρᾳ προθυμοτάτην.
Γάσι δικαία νέμεις, ἀλλὰ τὰ μηκαὶ ἀγορένεισ,
Καὶ γδὲ ἐπη τίεις αἰδινίοι θεός.

A 3

Οὔτος

Οὐλος σός κόσμος, τεὰ καὶ κέκτητα τάῦλα
Φέριερά τῷ χρυσῷ παιδισματῶς ἐραῖς.
Τάῦλα ἔγωγε ἄγαν θαυμάζων ἀγλαῖον ἦρως,
Σπερδίνην μητλῶσαν πρὸς σέο βέλοφίερην.
Τύνεια τὸν σοὶ ἀποστέλλω Κίβλιον τόδε μικρὸν,
Ευμήνεως μεῖζαν κύριε τίνδινε μόστιν.
Οὐ σκέπτῃ τόδε μιῶρν ἀπόβλητον πανάριτε,
Αὐτὰρ πέμψαντος θυμὸν ἐϋπρεπέα.
Οὐλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, θεῶ παιᾶς χριτὸς Ιησοῦς
Ἐν σὲ δοῖω ζώνταντο θανάτῳ μακάρως.
Ἐκ τῷ Ροσοχίᾳ, ἐξ αὐτοῦ εἰν τῷ Μαιίῳ.

C. T.

Deditissimus

Iohannes Poffelius.

Onus

A

ORATIO

DE DEMOSTHENE.



EMOSTHE-
nes, cum ab amulis pro-
bri loco ei obijceretur,
quod non subita & ex-
temporali facundia, sed
accuratè præmeditata et
domi etiam scripta prius
oratione, in foro & ciuium conuentibus ute-
retur: respondisse fertur, Se, si posset, non
modo scripta, uerum etiam sculpta dicturum
esse: Improbum enim & sceleratum ciuem
se iudicare eum, qui de maximis rebus con-
silium Reipublicæ daturus, loqui publicè au-
deat, re non diu antea multumq; cogitata.

Cum autem mihi non ad illiteratum &
ignobile Vulgus, sed ἱερῷ ἐνικατάω, hoc
est, in sacro confessu virorum, doctrina, pie-
tate & virtute prestantium, quorum au-
thoritate, officio & diligentia, & sanctissi-
mum ministerium Ecclesie, & consilia Rei-
publicæ in his terris reguntur, & literæ ac
bonæ artes omnes Dei beneficio ornantur &

A 4 latè

late propagantur, oratio habenda sit: multo
iustius, quam Demosthenes, qui & excellen-
ti ac prope diuina nature vi ad dicendum in-
structus, & perfecta doctrina expolitus, &
usu scribendi ac dicendi longo confirmatus
erat, quæ omnia mihi deesse sentio, idem in
mea orationis principio usurpare possum:
ac si Pericles in suggestum conscendens Deos
immortales precari solitus est, ne quod sibi
verbum excideret, quod Reipublica obef-
set: multo rectius ego Filium Dei fontem
eloquentie salutaris inuoco, ut mentem &
linguam dientis gubernet.

Sunt enim hi nostri conuentus Scholastici
pars Ecclesiae Filij Dei precipua: & studia
Philosophiae ac linguarum & artium bona-
rum, quas profitemur, ad eum finem in pri-
mis referenda sunt, ut Doctrinam à Filio Dei
ex arcano consilio diuinitatis de vera DEI
agnitione & inuocatione, & eterna salute
nostra prolatam, & scriptis sacris compre-
hensam, recte ex fontibus ipsis discere &
explicare, & ad posteros puram & incor-
ruptam transmittere & conseruare possimus.
Seruant igitur haec nostra studia & orationes
gloria

glorie Dei & Domini nostri Ihesu Christi,
quem huic etiam congresui nostro interesse,
& dictorum ac factorum nostrorum auditio-
rem & inspectorem esse scimus.

Hunc ardentibus votis precemur, ut
studia & labores nostros adiuuet & regat,
ut ipsius gloriam illustrent, & Ecclesiae ac
nobis ipsis salutares sint. Ego certe si quid
esset in me ingenij, doctrina aut facultatis di-
cendi eximie, conuenientissimum in hac re-
nunciatione gradus Magisterij Philosophici
argumentum orationis esse iudicare, ut
omnibus eloquentia viribus adolescentes ad
Philosophie & bonarum artium studia se-
dulo colenda, & ad Filij Dei celebratio-
nem, & Ecclesiae salutem referenda, cohori-
tarer & inflamarem. Sed quia me spacijs na-
tura coercuit arctis, Ingenij uires exiguaeque
dedit, nec tanta in me est dicendi vis tan-
tagij copia & dexteritas, ut cum splendore
& dignitate conueniente id argumentum
tractare, & aculeos diligentiae pie in audi-
torum animis relinquare possim. Cumq[ue] de
hac eadem re aliorum quoque doctorum vi-
rorum extent orationes splendide & graui-

A 5 ter

ter scriptæ, Historiam mihi recitandam sumse
DEMOSTHENIS clarissimi atq; elo-
quentissimi totius Græciae oratoris: Que ipsa
tamen multas insignes commone factiones &
nostris studijs ac moribus utiles continebit.
Merito autem dolemus tantam eloquentiam,
quantam maximam ferè animus humanus
capere potest, non ad gloriam & laudes Dei,
& vere de Deo doctrinæ ac pietatis Christia-
na propagationem conferri, sed magna ex
parte inutilibus & pernicioſis ipſi & patrie
contentionibus consumptam eſſe. Verè enim
talis Orator fuit Demosthenes, qualem Ho-
merus alicubi describit:

Quem Deus eloquio ornauit, ſpectare ſolemus
Attentiq; audire omnes, cum dulcia fundit,
Verba uerecunde, ciues uerisq; gubernat,
Confilijs, longe quos inter hic eminet Vnus,
In dubijs rebus cum concio magna coacta eſt,
Atq; urbem ingrediens aliquis Deus eſſe uidetur.

Paucissimi verò in Ecclesia Dei omnibus
ſeculis extiterunt, qui tanta vi ingenij, tanta
doctrina & dicendi uertate, & quam inpri-
mis admiramur in Demosthene, Δημοſθενης
res diuinæ & cœlestes, quanta ille cinitatis



& ciuium suorum controversias, tractare &
illustrare potuissent. Ac etiam si à nobis ne
quidem sperari facultas Demosthenica potest
in tanta præserium effœtæ nature nostræ igna-
uia: tamen Historiam vita & imaginem Elo-
quentie illius eò etiam considerari conducit,
ut aliqua ex parte curriculum studiorum &
exercitationum & assiduitatis ac diligentiae
Demosthenicæ imitantes, aliquam nobis, si
non splendide & ornatissime, at mediocriter
perspicue & diserte dicendi facultatem com-
paremus: Quam non ad inanes & inutiles
contentiones, sed ad hunc usum conferamus,
ut DEO GRATIA, & Ecclesiæ DEI
ac Reipublicæ salutaria dicere & scribere
possimus.

Ut autem inde oratio mea exordium
sumat, unde encomia personarum usitate
duci solent: Natus est Demosthenes Athe-
nis, loco nobili & celebri tunc urbe & copio-
sa, arque doctissimis hominibus, honestissi-
misq[ue] studijs affluente, patre Demosthene,
ciue honesto atq[ue] ingenioso, et prefecto classis,

cui

cui max^αρονοίος cognomen fuisse scribi-
tur, propter officinam celebrem, in qua habue-
rit seruos fabricandorum cultrorum & gladi-
orum artifices. Mortuus est autem pater
Demosthenes, cum filius est annorum sep-
tem, & reliquit ei patrimonium honestum,
videlicet ad quindecim talēta, hoc est, 9000.
coronatorum.

Accidit autem puero Demostheni, quod
plerisq^z, alijs pupillis & orphanis, quorum
tutores vel in officio commisso negligentes
sunt, vel bona quauis ratione & pretextu ad
se transferunt, nec consulunt saluti orphano-
rum, ut & debent, & se facturos receperunt.
Sed hi sciant, sibi paulo post reddendam e^{ss}e
rationem administrat^e tutelæ, illi, qui & solus
iussè iudicat, & verè defensor ac pater vidu-
arum & pupillorum nominatur. De hoc au-
tem iusto indice cogitantes, omnes pⁱy tutores
in suo officio fideles sint: hoc est, intelligant
precipuas sui muneric^s partes, & in ijs obeun-
dis fidem & diligentiam prestent: Nam Fi-
delitas mediocrem scientiam eius rei, quam
profiteris, complectitur, & deinde in adminis-
tratione sedilitatem: Et excludit utrumque
malum

malum, affectatam ignorantiam, & affectatam omissionem seu negligentiam: que esse peccata mortalia, promerentia iram Dei & eternas paenam, notum est cum ex alijs testimonijs scripture, tum ex dicto Christi: Seruum inutilem eycite in tenebras exteriores. Quam tristissimam comminationem ut & tutores in suo officio, & singuli in sua vocatione considerent, ardentibus votis optandum est. Sed redeo ad Demosthenem: cuius bona cū tutores partim surripiuissent, partim neglexissent, nec preceptoribus soluisserent mercedem: non solum patrimonij iacturam fecit, sed nec ijs artibus & disciplinis, quibus puerilis etas informari solet, satis commode eruditiri potuit. Ad hoc tantum incommodum accedebat & summa corporis gracilitas & imbecillitas, propter quam mater ei indulgebat, metuens ne laboribus frangeretur: nec preceptores suum officium in erudiendo & cogendo puero facere potuerunt.

Inter haec impedimenta, que non exigua fuerunt, tamen fundamentum artium & omnium honestarum disciplinarum fideliter iecit, & tantum profecit, ut relictis artibus inferio-

inferioribus, Eloquentia studio se totum de-
derit, In quo preceptores habuit excellentissi-
mos Oratores, Isaeum, Callistratum, Alcida-
mantem: Præterea legisse diligenter atq; eti-
am audiuisse Platonem, Xenocraten, Aristotelem & Isocratem dicitur.

Est autem hoc præcipue obseruatione dig-
nissimum, quod hic adolescens tam excellen-
ti & prope diuino ingenio preditus, non il-
lotis, quod dicitur, manibus, ad Eloquentiam
se applicauit, nec ingenij ac naturæ donis,
que Deus cumulatissimè in ipsum contulerat,
elatus, aucto s' id acto fuit, nec ceteros Ora-
tores contempsit: ut nunc multi ex nostris fa-
ciunt, qui nulla Artium dicendi cognitione,
nec linguarum, præcipue verò latina & Gre-
cæ, scientia instructi, non erubescunt se supe-
rioribus artibus, que vitam hominum regunt,
gubernant & tacentur, dedere. Hi ut aliarum
necessarium artium, que superiorum fontes
& adminicula existunt, planè ignari & ru-
des sunt: ita verè doctos arrogantia, au-
dacia & temeritate vincunt, & spiritus al-
tos gerentes, omnes alios pre se contemnunt,
&

& nihil, nisi quod ipsi statuunt & decernunt,
probant, & omnes contrarium sentientes ode-
runt & calumniosè deformant: Sæpe etiam
persuasione sapientie & eruditioñis tumen-
tes, modent res non necessarias, exitiosas
Ecclesie & Reipublica. Horum stulta &
permittiosa audacia, vel potius impudentia,
confirmat dictum Thucydidis: Αλαθία μὴ
θράσος, λόγισμος δὲ ὄκνοι φέρετ.

Cum igitur tanta temeritas sit florentis
etatis, & inuentuti ut plurimum hoc acci-
dat, quod prudentissimus Vir Menander si-
bi adolescenti v̄su uenisse ait, ubi inquit:
Νέος ωρ έδόκουρ μὴν, έυφρόνουρ δ' οὐδέν,
id est, Cum iuuenis essem uidebar mihi qui-
dem preclarè sapere, sed reuera nihil sapie-
bam: modestiores agnoscant hoc vitium cor-
ruptæ nature: non sint φίλαυτοι, nec statim
induant falsam doctrinæ & prudentie per-
suasionem, progressi ultra primas literas:
Sed audiant, magnificiant & venerentur
præceptores suos, ac alios aetate doctrina &
v̄su rerum præstantes, et discant diligenter,
quam

quam diu ipsis hac facultas conceditur: nee
efferat se propter qualiacunq; ingenij aut alia
corporis aut fortune bona: & sciant hoc cum
omnibus hominibus, tum uero maxime in-
uentuti naturaliter insitum esse, ut ebrios, qui
gemina obiecta uident, imitantes, sua dona, si
qua habent, multo prestantiora existiment,
quam reuera sunt. Hec ineuntis etatis
philautia et pernitiosa inscitia agnoscenda,
deploranda, & senum constituenda & regen-
da consilio atq; prudentia est, ut grauiſſime
Homerus inquit:

Αλιδ' ὅπλοτέρων ἀνδρῶν φένες ἐρέθυνται.
Οἱ δὲ γέρων μετέκειται, ἀμαῶρος τὸ πῖστος,
Αεύσει, ὥστε οὐχ ἄριστα μετ' ἀμφοτέροις γένη-
ται.

Etsi autem Demosthenes ad facultatem
oratoriam multis de causis non erat accom-
modatus: tamen impedimenta naturae, dili-
gentia, arte, & assiduo usu correxit, & pla-
nè superauit. Cum enim natura ita balbus
esset, ut primam sue artis literam, & uideli-
cet, dicere nequiret: exercitatione tamen fe-
cit, ut nemo elegantius & planius loqueretur.
Probat hoc Demosthenis exemplum dicta Ci-
ceronis

ceronis: assiduus usus unius rei deditus, & ingenium & artem saepe vincit. Item: Multi nature vitium exercitatione sustulerunt.

Quanquam vero magna vis est naturae, sicut dicitur: Naturam expellas furca, tamen usque recurret: tamen tantum valet assidua & diligens exercitatio, ut etiam vitia, quae naturaliter insita sunt, studio & frequenti usu corrigi atque emendari possint. Neque verò hæc de corporis tantum defectibus, sed de animi etiam vitijs intelligi debent. Sic de Stilpone Megarensi Philosopho Cicero scribit, quod etiamsi ebriosus & mulierosus fuerit, tamen vitiosam illam naturam sic ab eo edomitam & compressam esse doctrina, ut nemo unquam univolentum illum, nemo in eō vestigium libidinis viderit. Id ipsum & de prestantissimo Philosopho & innocentissimo homine Socrate testatur: in quem cum multa in conuentu vicia collegisset Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, quod illa in Socrate vicia non agnoscerent, ab ipso autem Socrate subleuatum esse ait, cum illa si bi signa inesse, sed ratione & exercitatione à

B

se

se deiecta esse diceret. Quid, quod vires &
habitus, qui pene contra naturam sunt, usus
& exercitatione acquiri et comparari possint?
Ut enim de funambulorum, prestigiatorum,
& simili hominum nihil dicam, No-
ta est historia Milonis Crotoniate, qui cum
primum vitulum quotidie per aliquot stadia
portare consueisset, deinde eundem iam tau-
rum quadrinum citra negotium gestasse dici-
tur.

Cum igitur tanta uis frequentis usus &
assidua exercitationis sit, magnificiamus &
libenter suscipiamus ordinaria & concessa
media, ut & vitia nature, si qua habemus,
corrigamus: & dona, que naturaliter nobis
insunt, confirmemus, expoliamus & auge-
amus, donec adhuc etas idonea est. Nam
senectutem non esse in quemuis habitum se-
quacem, sed potius indocilem & intractabi-
lem, non modo experientia notum est. Ve-
rum etiam multa sapientum grauiter dicta
testantur. Noti sunt Ouidij versiculi me-
moria dignissimi:

Que

Que prebet latas arbor spatiantibus umbras,
Quo posita est primum tempore, uirga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,
Nunc stat in immensum uiribus aucta suis

Et Theognis inquit: Μή με δίδασκούντοι τηλικός είμι μαδέρη: Ne doceas me,
quia etas facit me indocilem. Διπλολογία
γάρ εσι δένδρος παλαιόρ μεταφυτεύσαι,
ut eleganter quidam ex veteribus ait.

Deinde, ut Cicero inquit, lib. I. de Ora-
tore, Cum Demosthenis spiritus esset angu-
stior, tantum continenda anima in dicendo
est affecitus, ut una continuatione verbo-
rum, id quod eius scripta declarant, binae ei
contentiones vocis, & remissiones contine-
rentur. Quin etiam, ut memorie prodi-
tum est, coniectis in os calculis, summa vo-
ce versus multos uno spiritu pronunciare
consuecebat: neq; id consistens loco, sed in
ambulans atq; assensu ingrediens arduo. Et
alio quodam loco ait, Demosthenem in Pha-
lerico ad fluctum declamare solitum, ut fre-
mitum assueferet voce vincere. A-
lij addunt eum sibi subterraneum quen-
dam locum, seu ut Plutarchus vocat,
κατάγειον μελετήσιον, extruxisse, in quod

B 2 quotidie

quotidie descendens gestus motusq; corporis
ac vocem exercebat, exhibito grandi specu-
lo, ut quid in actione dedecret, et melius cer-
nere & facilius corrigere posset. Sciebat
enim non postremum inter alia boni orato-
ris officia esse, sedatam ac decoram actionem,
que corporis quedam eloquentia est.
Hinc Cicero in Bruto inquit: Demosthenem
ferunt ei, qui quæsiuisset, quid primum esset
in dicendo, actionem: quid secundum, idem
& idem tertium respondisse.

Cum itaq; actio cum verbis sententysq;
consentiens, plurimum momenti habeat, tum
ad fidem faciendam, tum ad misericordiam
commouendam, deniq; ad excitandos audi-
tores: omnes qui in aliqua celebritate victu-
ri sunt & habituri orationes, præcipue vero
qui vel in foro causas acturi, vel pro concione
propagaturi sunt ueram de Deo doctrinam,
hanc sui munieris partem non negligent, sed
quid maximè in agendo deceat, à viris do-
ctis & prudentibus, qui actione graui, & ad
docendum, mouendum & delectandum ac-
commodata, clari sunt, imitatione discent.

Cum

Cum autem in omnibus rebus continuatio
efficacissima sit, ut in versu dicitur: Gutta
cauat lapidem, continuata cadens. tum vero
in studiis maximam vim habet & necessa-
ria est. Ideo Demosthenes duos aut tres
menses domi continuauit, altera capitis par-
te abrasa, ut pudore facultatem exeundi sibi
ipse præpereret. Fieri enim non potest, ut quis
sibi cuiuscunq; doctrinae cognitionem compa-
ret, nisi assiduitatem in discendo praestet, &
eadem quotidie & legat & audiat, & trans-
ferat ad usum, ut preclarè Epictetus dixit.
Nam ut Plato inquit: Cum studium & me-
ditationem omittimus, tunc neq; discimus
quicquam, & si quid ante didicimus, id rur-
sum obliuiscimur, quo et Solonis dictum per-
tinet. γηράσκω δέ τοι πόλλα διδασκόμενος.
Nemo igitur existimet se cum fructu & lau-
de in literis versaturum esse, qui tempus le-
ctioni, repetitioni & meditationi artium &
linguarum, & alijs utilibus scholasticis ex-
ercitijs destinatum, otio, lusu, deambulati-
onibus, uel alijs turpioribus rebus, perdit.

Neq; vero Demosthenes vocem & gestus
corporis tantum exercuit: Sed etiam varia
scribendi, declamandi, & priuatim causas

agendi exercitia suscepit. Nam statim ut ex foro ac alijs congressibus domum rediit, in μελετήσιον suum descendens, ex illis, quæ foris vel dicta vel gesta erant, argumenta sumpsit & occasiones se exereendi, eademq; subinde repetiuit & retractauit.

Quantum autem fuerit Demosthenis in lucubrando studium, hæc & similia alia dicta ostendunt: οἱ λόγοι τοῦ Δημοσθένους λυχνοπαποζονται. Item, Demosthenes plus olei, quam vini absumpsit. In primis autem obseruatu dignissimum est, quod Cicero ait, Demosthenem doluisse, si quando opificiū antelucana victus esset industria. Cum enim fabri, cerdones, pithopæi, & alij id genus homines, propter exiguum lucellum surgant ante lucem, turpisimum esse duxit, se illud tempus, quod hi questui illiberali tribuunt, sapientie, qua teste Platone, nihil pulchrius, nihil iucundius, nihil deniq; utilius est, studio non impertiuisse.

Considerauit & id homo ingeniosissimus, quod ad parandam sapientiam & erudititionem, nulla diei pars magis idonea sit, quam tempus

*tempus matutinum: & quod una hora ma-
tutina plus in studijs & reliquis necessarijs
negotijs effici posse, quam duabus vel tribus
pomeridianis.*

ἴώς γάρ τ' ἔργοιο θείτηρ ἀπομείζεται ἄλσαρ,
ἴώς τοι προφέρει μὲν ὅδος, προφέρει τε οὐρανός:
vt dulcissime Poeta Hesiodus canit. Neque
aurora tantum opera humana promouet, &
studijs amica est: Sed etiam corpus huma-
num maximè vegetat & corroborat, eiq; vi-
gorem & alacritatem ad fert. Hinc apud
Quidium Tithonus ab aurora amatus esse fin-
gitur, ideo quod ante Solis ortum surgere, &
diluculum non ad somnum, sed ad agendas
res utiles, conferre solitus fit. Et ut doce-
at Poeta ad tuendam valetudinem non pa-
rum prodesse, simul cum Sole expergescere
fingit Tithonum ad summam senectuam
peruenisse, eiusdem aurore succo perfusus.

*Quamobrem cum ad parandam eruditio-
nem & sapientiam, qua in hac vita homi-
ni nihil excellentius contingere potest: cū ad
corroborandum corpus humanum, cui vult nos
Deus habere honorem: cum ad conseruādam
bonam valetudinem & sensum vigorem,*

B. 4 quibus

quibus, ut Plato in Georgia inquit, κρέπτος οὐ=
δέπερ τοῦ Βίου: deniq; cum ad omnia alia ho-
nesta & necessaria negotia mature et utiliter
expedienda, plurimum momenti adferant
vigilie matutinæ: omnes qui virtutis & ho-
nestarum disciplinarum verè studiosi & esse
& haberi volunt, studium matutinū magni-
facent, nec semper stertent in multam lucē,
ut proh dolor pleriq; studiosi facientes, vite
sua, que per se breuis & fugax est, maximā
& præstantissimam partem dormiendo con-
sumunt.

Hoc itaq; incredibili studio Demosthenes
consecutus est, ut inter Atticos oratores faci-
le princeps indicaretur: quod quò magis con-
spicuum sit, præcipua quedam grauiſſimorum
hominum ac præstantiſſimorum oratorum in-
dicia de eo breuiter recitabo.

Cicero omnis latine eloquentiae facile
Princeps sic de Demosthene in Bruto scribit.
Plane quidem perfectum, & cui nihil ad-
modum desit, Demosthenem dixeris. Nihil
acutum inueniri potuit in eius causis: nihil
(ut ita dicam) subdole, nihil versutè, quod
ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil
præſe

pressè, nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid
limitatus: nihil contra grande, nihil incitatū,
nihil ornatum vel verborum grauitate, vel
sententiarum, quò quicquam esset elatius.

Idem de optimo genere Oratorum. Ex quo
intelligitur, quoniam Graecorum Oratorum
præstantissimi sunt iij, qui fuerunt Athenis,
eorum autem Princeps facile Demosthenes:
hunc si quis imitetur, eum & Atticè dictu-
rum & optimè.

Idem in Oratore. Ego idem, qui in
illo sermone nostro, qui est expositus in Bru-
to, multum tribuerim latinis, vel ut hortarer
alios, vel quod amarem meos, recordor lon-
ge omnibus unum anteferre Demosthenem:
qui vim accommodauit ad eam, quam sen-
tiam, eloquentiam: non ad eam, quam in
aliquo ipse cognouerim. Hoc nec grauior ex-
titit quisquam, nec callidior, nec tempera-
tior. Itaq; nobis monendi sunt iij, quorum ser-
mo imperitus increbuit, qui aut dici de se de-
siderant Atticos, aut ipse Atticè volunt dice-
re: ut mirentur hunc maximè, quo ne Athe-
nas quidem ipsas magis credo fuisse Atti-
cas.

Lucianus in Encomio Demosthenis.
Omnia hęc facilię erant amori: tondere ca-
pillum, latitare in spelunca, intueri specu-
lum, gladium metuere, linguae vitia corri-
gere, prouecta etate discere actionem, exer-
cere memoriam, fremitum contemnere, dies
noctesq; continuare laborando. Ex quibus
omnibus quis nescit, qualis orator euaserit
Demosthenes? quam densa verbis ac senten-
tijs: quam apta ad persuadendum: quam
grandis, atq; illustris: quam vehemens:
quam modesta ac temperata: quam deniq; fi-
guraru varietate abundans eius sit Oratio.
Itaq; Leosthenes ausus est dicere, unius De-
mosthenis animatam esse orationem, non fa-
bricatam malleo. Non enim ebrius compo-
nebat orationes, ut Callisthenes Φschylum
aut Tragedias scripsisse, cum vino incaluissest
animus: sed aquam bibens: in quam eius
ὑδροποσίαρ ludens Demades inquit, ὅι μὲν
ἄλλοι πρὸς ὑδωρ λέγοσι: ὅι Δημοσθένης δὲ
πρὸς ὑδωρ γράφει, id est, alij ad aquam di-
eunt, Demosthenes verò ad aquam scribit.

Quintilianus lib. 10. capite primo. Se-
quitur Oratorum ingēs manus, ut cum decem
simul

simul Athenis etas una tulerit, quorum longe princeps Demosthenes, ac pene lex orandi fuit: tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam nervis intenta sunt: tam nihil otiosum, is dicendi modus, ut nec quod desit in eo, nec quod redundet inuenias. Item. Ora-tores vel praecipue latinam eloquentiam parrem facere Graece possunt: nam cuicunq; eorum Ciceronem foriiter opposuerim. Nec ignoro quantam mihi concitem pugnam, cum presertim id non sit propositi, ut eum Demostheni comparem hoc tempore. Neq; enim attinet, cum Demosthenem in primis legendū, vel ediscendam potius putem. Quorum ego uirtutes plerasq; arbitror similes: consilium, ordinem diuidendi, preparandi, probandi rationem, omnia deniq; que sunt inuentionis. In Eloquendo est aliqua diuersitas, densior ille, hic copiosior, ille concludit astrictius, hic latius, pugnat ille acumine semper, hic frequenter & pondere, ille nihil detrahī potest, huic nihil adiici, curē plus in illo, in hoc na-ture. Salibus certe & communiseratione, qui duo plurimum affectus valent, uincimus. Et fortasse epilogas illi mos ciuitatis abstulerit: sed & nobis illa, que ATTICI mirantur,

mirantur, diuersa Latini nominis ratio minus permiserit. In epistolis quidem, quamquam sunt utriusq; nulla contentio est. Cendum vero in hoc quidem, quod & ille prior fuit: & ex magna parte Ciceronem, quantus est, fecit. Nam mihi videtur M. Tullius, cum se totum ad imitationem Gracorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis.

Sed angustia temporis non permittit plura testimonia recitare. Quæ autem recita uimus, talia sunt, ut omnes illos, qui aliquando Eloquentie laude clari & illustres esse & haberi volunt, ad Demosthenis scripta diligenter legenda & studiosè imtanda, excitare debeant. Constat enim hunc authorem in inueniendo, suadendo, mouendo & delectando, propè diuinum hominem fuisse. Quanquam autem natura valuit memoria & inge-
nio: tamen naturam studiosè adiuuit, & animi dona, quibus à Deo ornatus erat, diligentia, assiduitate, labore & exercitatione excitauit, expoliuit, & propè in immensum auxit. Ut enim tum animi tum corporis dotes, à natura tribute, sine usu & tractatione

ne

ne hebetiores sunt, s^ep^e etiam prorsus amittuntur: Sic cum ad illustria natura dona accedit ratio qu^edam & frequens usus, tum illud preclarum ac singulare quiddam existere solet. Imo tanta vis assidui usus & laboris est, ut habitus, qui prorsus a natura alieni sunt, iis comperari queant.

Publica negotia & causas tractare cœpit Demosthenes non adolescentis, sed annos natus triginta, quo etas ad capessenda munera publica idonea iudicari solet. Nec, si modo seniores haberi possint, facile iuvenes publicis muneribus prefici debent. Hinc est quod Ebraei suos Magistratus appellant Seniores. Graeci antistites Ecclesiarum ad horum imitationem πρεστ^{es} Βυτέποντ^{es} nominant. Eadem vox Presbyter, id est, senior, adhuc apud nos in Ecclesijs usitata est.

Quod autem adolescentes eucti ad functiones superiores, plerumq^{ue} aut non necessaria mouent, aut plane Respub: euertunt, aut si quid mutant, id vel ipsis, vel alijs deinde senioribus ad pristinum statum cum magna difficultate & damno publico reducendum esse,

esse, omnium fere temporum historia, &
quotidiana exempla ostendunt.

Notus est locus Ciceronis in Catone Ma-
iore. Quod si legere & audire voletis exter-
na, maximas Res pub. per adolescentulos la-
befactatas, à senibus sustentatas reperietis.
Cedo, qui vestram Remp-tantam amissis-
tam cito? Sic enim percuntanti, ut est in Nē-
nij Poeta ludo, respondentur & alia, & hec
in primis, Proueniebant oratores noui, stu-
ti, adolescentuli. Temeritas est florentis a-
tatis, prudentia senescentis. Huc & He-
siodi preceptum pertinet, quo agricolas monet,
ne boum curam iuuenibus commendent. Sic
enim inquit:

τοῖς δὲ ἀνα τεωρηκούσι τόντος οἰζνοῖς ἐποστο.

Et statim rationem subiungit:
μουρότ εροτ γαρ τὸν μεθ' ομήλικος ἐπτοίνται.
studium intermitte arandi.

Iunior, aspiciensq; pares etate colonos
Ibit ad hos, ludosq; cict lasciva iuuentus.

Quod si tantum in ministro flagitat
Hesiodus, ut pecorum curam iuueni com-
mitti nolit, quanto minus Ecclesie & Rei-
publicæ

publica muneribus adolescentem imperitum
aut neophytum aliquem preficeret.

Neḡ, verò hæc ita dicta esse existimari
velim, quasi nulli plane iuuenes ad officia
publica admitti debeant. Scio enim nec sem-
per senes, & su, experientia, ac alijs necessa-
rijs donis instructos, haberi posse, nec iuueni-
bus semper salutaria consilia, & facultatem
rerum utiliter gerendarum deesse. Nam
εἰσὶ ποὺ σιλωστὶς νέωρ, καὶ γερόντωρ ἀσωτία.
χρόνος γαρ οὐ διδάσκει φρόνησιν, ἀλλὰ φυσίς
Εὐδέλλῃ δίαιτᾳ: ut preclarè Philemon dixit.
Sed hæc è spectant, ut cum in iuuenili ata-
te magna consilij imbecillitas, temeritas
& φιλαυτία sit, iuuenes ad functiones pub-
licas vocati, à Deo prudentiam, successus
in vocatione & in omnibus actionibus spi-
ritualibus & corporalibus, petant, & cum ne-
gotia seria & difficilia in vocatione offe-
runtur, nihil temere fiducia propriae sapien-
tiae statuant, sed alios etate & usū rerum
prestantes, in consilium adhibeant, & se
erudiri patientur.

Nactus

Nactus est autem Demosthenes honestissimam & copiosissimam agendi materiam, videlicet contentionem tuendae libertatis Graeciae aduersus Philippum Regem Macedoniae, in qua cum suam prudentiam & facundiam omnibus bonis probaret, statim eloquentis viri nomen, non solum apud suos sed & apud exterros, sortitus est.

Vt autem Respub. Attica, multis alijs bonis viris, ut Miltiadi, Aristidi, Themistocli, Cimoni & alijs, pro optima voluntate & eximijs meritis anquinam mercedem rependit: Sic & Demostheni pro multis. salutari bus laboribus, vigilijs, consilijs & actionibus pessimam gratiam retulit. Cum enim ab Harpallo quodam, qui propter Alexandrum ex Asia Athenas migrauerat, munera quædam accepisset, à Iudicibus 40. talentis dānatus est: metuens igitur ne in carcerem duceretur, clam Reginam profectus est. Verè igitur Athenienses inter illos numerari possunt, de quibus Ausonij versiculi loquuntur: Sunt homines humeris, quos si quis gestat ad urbem Ausoniam, domiti quæ caput orbis erat: Nec tamen ad portam placide deponat eosdem, Gratia præteriti nulla laboris erit.

Postquam

Postquam vero mortuus esset Alexander,
ac Athenienses eximia Demosthenis in Rep.
beneficia diligentius considerassent, uno om-
num consensu in urbem reuocatus est. Sed
non multò post cum Antipater, Alexандri suc-
cessor, Athenas venturus diceretur: Demo-
sthenes metu perterritus iterum urbe excess-
it, & referente Demade absens capite dam-
natus est. Quem ut inquireret & captiuum
abduceret, missus est ab Antipatro Archias
quidam, qui cum eum in Calauria in templo
Neptuni sedentem offendisset: primum illi
persuadere conabatur, vt sponte ad Anti-
patrum proficisceretur, nihil enim esse peri-
culi: quod cum ille facere recusaret, somnio
admonitus, iamq; vim Archias intentaret:
tantisper, inquit Demosthenes, expecta, do-
nec ad meos scribam aliquid. Quod illo per-
mittente, Demosthenes in templum regressus,
ne in hostis potestatem veniret, veneno sibi
mortem consciuit, cum vixisset annos 62.
Tam tristis fuit exitus summi viri, pruden-
tia, autoritate, eloquentia, & rebus gestis
prestantis.

Commone facit autem nos singulos hac De-
mosthenis calamitas de multis utilibus rebus.

C Primum

Primum, ne de gradu dejectiamur aut animo
frangamur, nec propositum honestum abieci-
amus, si quando meritis nostris non respon-
dent premia & studia humana. Cum enim
hic tantus vir, & precipua lumina totius ge-
neris humani & Ecclesiae, optima voluntate
& eximijs suis meritis, nihil aliud, nisi odit,
inuidiam, calumnias, exilium, deniq; mor-
tem ipsam ab ingrato mundo consecuti sint,
non mirerur, nec nobis, qui prorsus nihil ad
illos tantos viros sumus, noui aliquid accide-
re existimemus, si forte eadem gratia nobis
aliquando referatur. Deinde erudiant nos
Demosthenis miserie, non solum de inconsta-
tia voluntatum humanarum, de qua nota est
Salomonis sententia: Sicut facies in aquis,
ita cor hominis ad hominem: Sed etiam
de perfidia illorum, qui nobis coniunctissimi
esse debebant: de qua & Plato inquit, des-
picimus amicum: Φυσι δέ εὔμετά σολον δέ φίλος.
Deniq; monent nos, ne fiducia nostra nitatur
meritis nostris aut hominum benevolentia,
aut deniq; ullis presidys humanis: sed ut sci-
amus, solum Deum esse fidelem & firmum ar-
niciū, cuius benevolentiam retinere stude-
mus. Hic enim & vult & potest opem ferre
nostrāj

nostrāq; si que sunt, merita compensare, cum
non modo ab amicis, sed etiam ab omnibus
creaturis deserti sumus: sicut monent dicta:
Liberavit pauperem, cui non erat adiutor. Et:
Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris ad-
iutor.

Quod autem ~~A~~eschines in oratione contra
Ctesiphontem acerbē in Demosthenem inuechi-
tur, cumq; perfidiae condemnat, quasi suis
consilijs & actionibus Philippum regem Ma-
cedonum irritauerit, & contra Athenienses
in Graciam attraxerit: id Demosthenes in
Oratione περὶ σεφαρου grauiter & modestè re-
futat, ac probat, nec se ullis eius temporis con-
silijs interfuisse, nec ullas legationes missas
esse. Ostendit autem ~~A~~eschinem sceleratè &
perfidiosè egisse, quod pecunia corruptus, se-
rius à Philippo insurandum exegerit, eiq; ad
occupandum multa Græciae oppida spacium
concesserit.

Reddunt quoq; accusationem ~~A~~eschinis
suspectam cum alia multa, tum illa in primis,
quod initio non ipsum Demosthenem, cuius
tamen caput precipue petit: sed Ctesiphon-
tem accusat, qui Demostheni decreuerat

C 2 coronam

coronā, eò quod suis sumptibus refecerat muros, & Reip. de suo donauerat tria talenta h. mille & octingentos coronatos. Deinde quod ne Demostheni, ut ad hanc accusacionem respondeat, concedatur, petit.

Etsi autem consilia Demosthenis non semper salutaria fuerunt, præcipue verò illa, quibus suasit, ut defendende libertatis causa Grecie ciuitates se coniungerent, & crescentem Macedonum potentiam impedirent ac reprimerent: tamen non propterea omnino dānari potest. Quia bonis consilijs & in bonis causis non semper respondent euentus, imo sape optimè cogitata pessimè cadunt, & plurima sunt tristia errata omnium sapientum, sicut Cicero exclamat: O me nunquam sapientem.

Deinde quod inter alia propri loco Demostheni quoq; ab Aeschine obicitur, quod nūciata morte Philippi, septimo die post mortem filiae sue prodijt splendida veste & corona: id eius constantie, fortitudini ac generositati animi potius ascribi debet: quod uidelicet relicitis domesticis lacrymis, que Reipub. uitia erant, fecerit, semperq; ad publica commoda respexerit, nec, ut sape alijs magni viri fecerunt,

runt, propter domesticam calamitatem mulie-
briter lamentatus sit. Est enim viri pruden-
tis grauis atq; è Reipub. nati, semper publicā
salutem anteferre priuato dolori. Id cum se-
cerit Demosthenes, non vitio, sed laudi poti-
us et dandum esse, quod Aeschines reprohen-
dit, quis non videt?

Quād honorifica autem fuerit Athenien-
sium de Demosthene opinio post mortem, hinc
facile estimari potest, quod eius ima-
ginem ex aere factam in foro collocauerunt.
Decreuerunt etiam, ut qui ex illius stirpe na-
tu esset maximus, publicè in Prytaneo alere-
tur, quo honore nullus maior apud illos erat.
In basi autem statue maximis literis incisum
fuit hoc Epigramma:

Ἵππος ἵστη τὸν πόλεαν γνώμην Δημοσθένεος ἐιχεε,
οὐ τοῦτο τὸν ἀπέλαθνων κῆρυξ μακέδων.

Tanta uis uirtutis est, ut etiamsi ad tem-
pus duriter exerceatur, vel etiam prorsus op-
primi videatur: tamen tandem emergat, &
memoria sempiterna & gloria nullo unquam
tempore finienda ornetur. Hac consolatione et
nunc quoq; se sustentent omnes, qui vel propter
studium pietatis ac virtutis, vel propter
iusticie et veritatis defensionem in odio sunt,

C 3

& conuictijs, probris aut iniurijs onerantur.
Dixi de Demosthene, non quantum de
bui, sed quantum per temporis angustiam &
occupationes meas licuit. Debet autem consi-
deratio huius historiae grata esse adolescenti-
bus propter multas grauissimas causas: pre-
cipue vero, ut sciamus ad artes superiores
accedendum non esse, sine cognitione arium
inferiorum, & linguarum Latinae & Graecæ.
Deinde quod ostendit quanta vis sit asidui
usus & exercitationis, non solum ad parandam
prudentiam, eloquentiam, & actionem,
dignam homine docta, graui, & modesta.
Sed etiam ad corrigenda vitia naturæ. Com-
mone facit etiam iuvenes de vitanda φιλαυγίᾳ
& stulta sapientie persuasione: de utilitate
studij matutini: de etate accommodata ad
res magnas gerendas: de ingratitudine mun-
di erga optimè meritos: de inconstancia vo-
luntatum humanarum & perfidia amico-
rum. Deniq; de virtute recuperante
tandem debitum honorem & con-
ueniens decus.

D. I. X. I.

RITVS PROMO-

TIONIS.

Ego igitur, quod faustum & felix sit Eccl^{esi}a & Reipub^l. autoritate, qua in presentia fungor, vos honestos & doctos viros, quorum eruditio in priuato & publico Examine explorata est, creo & promouea liberalium Artium Magistros, & vos honestissimo gradu Doctorū in Artibus ornatos esse de sententia et iudicio Collegij nostri renūcio, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et attribuo uobis omnia ornamenta & priuilegia, quibus hic noster ordo à summis Principibus ornatus est. Et quia sapienti consilio antiquitatis, in tali renunciatione graduum publica, ritus quidam certi & Ceremonie in oculos incidentes addi solent, que non sunt inanes ludi aut otiosa spectacula, sed utilissime commone factio-nes de multarum virtutum officijs, congruen-tibus nostro ordini, in his quoq^z morem usitatū seruabimus.

CATHEDRA.

Ac primum vos in hanc honestam Cathedram colloco, & tribuo vobis ius atq^z potesta-tem disputandi, docendi, enarrandi & expli-candi artes liberales.

Liber

Trado etiā atq[ue] aperio libru[m], ut moneam per
petuo studio et aſſidua lectione opus eſe ad fe-
licem et ſalutare Philosophia tractationē: qua,
ut ſcitis, multarū utiliſimarū rerū cognitionē
complectitur et requirit. Audiuitis paulo an-
te recitari dictum Platonis: Cum lectionem et
meditationem omittimus, tunc neq[ue] diſcimus
quicquā, et ſi quid ante didicimus, id rurſum
obliuiscimur. Deinde quia prudenter dictum
eſt: Tantum quiſq[ue] ſcit, quantum memoria te-
net, rurſus clando librum, ut oſtendam, illa
qua legiſtis, animo & memoria inſigenda eſ-
ſe. Meminiſtis Caſy Seueri dictum, cuius li-
bri cum comburerentur, Nunc inquit, ſuper-
eſt, ut & ipſe viuus comburar, qui illos edi-
dici. Quod enim animo inſculptum eſt, niſi cū
vita, eripi non poteſt.

PILEVS.

Deinde pileum purpurei coloris capiti ve-
ſtro impono, qui vetus inſigne docentium fuit,
quo ſapientes Principes hunc noſtrū ordinem à
reliqua multitudine diſtinctū eſſe voluerūt.
Debet autem hæc ceremonia uos commonefa-
cere de colenda moideſtia, cum in omni ſer-
mone & geſtu, tum præcipue in veſtitu: &
ſciets

Sciētis affectationē nouitatis in vestitu, levitatis, & inconstantie indicium esse, & habitū honestum ad augendam dignitatem et existimationem conducere, sicut in Homeri versiculo dicitur. Namq; viro vestis magnū decus addit honesta. Et Salomon inquit: Vestitus, risus & incessus prodūt hominis ingenium.

ANNVLVS.

Trado etiam vobis ius gestandi annulos aureos autoritate publica, quo ritu notū est tribuit dignitatem, & collocari in superiorem ordinē idoneos homines, quorum labores precipue Reipub. v̄sui esse possunt. Sic, Liuio teste, Annulus aureus apud Romanos Equestrem ordinē à reliqua multitudine discernebat, nec cuiquā, nisi Equiti, id insigne gerere licebat.

COMPLEXVS.

Addo etiam osculum atq; complexum, quo uos admoneo, ut animi & ingenij dotes, & omne studium conferatis precipue ad gloriam Dei & aliorum hominum utilitatem, & ut memineritis, concordiam cū collegis vestris, & cum omnibus hominibus fouendam, et uestra moderatione ac ἐπιειματικά aliorum nauos & errata sananda esse.

C 5 PRECA-

P R E C A T I O.

Postremo quo dico. Deum fontem omnis sapientie & felicitatis, ut propter filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, nos omnes regat & custodiat, & faciat nos vasa misericordie, celebratura ipsum in omni aeternitate, Amen.

Nunc consuetudo postulat, ut & vos Domini Magistri hoc loco publicè specimen aliquod diligentiae & eruditiois vestre edatis, & singuli de materia aliqua utili & iucunda breuiter aliquid dicatis.

G R A T I A R V M

A C T I O.

Recte à quodam dictum est: Gratiarum actio est ad plus dandum initatio. Nam ut homines ingratitudine offenduntur, & ad bene merendum de alijs tardiores sunt: ita & Deus propter ingratitudinem sua dona aufert & homines punit. Non enim vult sua dona & se ipsum communicare ingratis, qui sunt mendaces & iniusti. Mendaces quidem, quia non profitentur unde sit acceptum beneficium, Iniusti vero, quia non reddunt caritatem, ad que obligati sunt. Ne itaque & nos in reprehensionem

sionem huius turpisimi vitiū incurramus, nec
cum homines, tum verò maximè Deum, om-
nium donorum spiritualium & corporalium
fontem, offendamus, non committimus, ut
hanc precipuam nostri muneris partem negle-
xisse videamur.

Principio igitur toto pectore gratias agimus
DÉO, & eterno patri Domini nostri Iesu Christi,
conditori generis humani & Ecclesiae sue, u-
na cum filio suo Domino nostro Iesu Christo,
Crucifixo pro nobis & resuscitato, & Spiritu
sancto, quod Ecclesiam sibi inter nos colligit,
& ad eius societatem nos vocavit, & quod
doctrine cœlestis, & aliarum bonarum arti-
um, ac linquarum studia in hac Academia
Rostochiensi non sint extingui, eumq; veris
gemitibus oramus, ut deinceps quoq; nos sin-
gulos regat, doceat, et gubernet, ac huic Schol-
ae, in hisce bellicis tumultibus et ciuili discor-
dia, pacem largiatur, & inter docentes quoq;
veram concordiam firmamq; animorum con-
iunctionem conseruet.

Deinde gratias agimus Illustrissimis Prin-
cipibus & Dominis, Ducibus Megapolensi-
bus, &c. Dominis nostris clementissimis:
quod hanc Academiam vero amore comple-
ctuntur, fouent & sustentant. Agimus

Agimus etiam gratias Amplissimo & prudenterissimo huius urbis Senatui, quod & hospitium tranquillum nobis benigne concedit, et certis Professoribus honesta stipendia numerat: Deniq; suam erga hanc Scholam benevolentiam nuper hoc officio declarauit, quod locum idoneum, ubi MENSA COMMVNIS commodè haberi possit, tenuioris fortunæ scholasticis liberaliter concessit, quod beneficium ut grati celebremus, iustum est.

Nec facere possum, quin cum in mense communis mentionem inciderim, simul Reuerendissimi et Illustrissimi Principis & Domini, Domini EBERHARDI, Episcopi Lubecensis, &c. Domini nostri debita reuerentia & subiectione colendi: Et magnificentissimi ac omnibus virtutibus, bono & pio gubernatore dignis, Ornatisissimi Senatus BRVNSVICENSIS & LVNEBURGENSIS munificentiam & liberalitatem hoc loco publicè grata mente et voce predicem, quod suis quoq; Elemosynis pijs hanc Mensam communem iuvant, & ut diutius sustentari possit, se ad aliquot annos certam pecunie summam Academia supeditaturos, datis literis promiserunt. Cumq; Deus inde usq; ab initio ex pauperimis & abiectis

abieclissimis quibusq; hominibus, doctrine cœlestis discipulis, delegerit & quotidie deligat sibi organa salutaria, colligentia filio sponsam, hoc est, Ecclesiam aeternam, non dubito ex his quoq; tenuioris fortunæ studiosis aliquos prodituros esse, qui & in vinea Domini vitieter laborent, & in resurrectione mortuorum, beneficentiam omnium istorum, à quibus in hac Schola adiuti et sustentati fuerint, coram vniuersa Ecclesia ex Angelis & hominibus collecta, predicaturi sint. Imò ipse Filius Dei in seipsum hec beneficia collata esse fatebitur, sicut expressè Matth. 25. inquit.

Nec dubito multos alios pios Principes, Item Viros nobiles & Ciuitates opulentiores, hoc Christianissimi Episcopi, & duarum laudissimarnm Vrbium preclaro exemplo excitatum iri, ut ad eundem modum sua quoq; beneficentia de Christo & eius doctrine custodibus bene mereri conentur.

Gratias etiam debitas agimus Magnifico D. Rectori, & Dominis Professoribus, Doctribus, Licetiatis, Artium Magistris, Concionatoribus, hospitibus vniuersitis, ciuibus honestis & auditoribus omnibus, qui honoris nostri causa conuenerunt, ac singulis ubicunq; offeretur

offeretur occasio, debitam bencuidentiam &
gratitudinem nostram declarabimus. Ac fili-
um Dei supremum omnium piarum Academ-
iarum Rectorem oro, ut nos omnes regat &
protegat, & faciat nos salutaria organa &
vasa misericordie sue, Amen.

DIXI.

DECANVS COL

LEGII PHILOSOPHICI, IOANNES
POSSELIUS, Artium Magister.

Summus sapientiae humanae gradus, & precipuum
ac nobilissimum opus hominis, est Deum recte ag-
noscere, et beneficia ac patesactiones Dei mira-
das attente considerare & grata mente ac uoce ce-
lebrare.

Nullum uero admirabilis & omnium Angelorum
ac Hominum consideratione & celebratione
dignius DEI opus ac beneficium est, quam miranda
copulatio diuinæ & humanae naturæ in Filio DEI
Domino nostro IESU CHRISTO, hodierno die
25. Martij, ante annos 1566. in alio uirginis Ma-
riæ facta: Quod opus exordium redemptionis, &
fons ac origo æternæ salutis nostræ fuit, & illustre
testimonium ueri & ardoris amoris Dei erga natu-
ram Hominum, quam ut seruaret Filius Dei, æterno
ac indissolubili fœdere sibi uniuirt.

Et

Et mirando consilio tempora mirandorum operum & patefactionum cōgruunt. Nam hoc die 25. Martii. Messias Patribus promissus in utero Mariæ virginis conceptus est; anno post reuelatam in Paradiso primam promissionem de Semine Mulieris contrituro caput serpentis 3962. Post traditam Abrahæ prouisionem de Semine benedicente omnes gentes anno 1929. Post uaticinium Iacob de Siloh seu fœtu Virginis anno 1707. Post Esaiæ prophetiam de Virgine paritura Imanuelem anno 758. Et eodem die 25. Martij, Filius Dei Dominus noster Iesus Christus pro genere humano in ara crucis passus, mortuus & sepultus est. Quo ante 3962. annos primi parentes Adam & Eva lapsi ac recepti, & postea Abel imperfectus, & Isadac immolatus, esse existimantur.

Cum igitur hoc ipsum tempus nos de maximis operibus et beneficijs Dei admoneat, quorum consideratione omnes Angeli et Sancti in celis obstupescunt, et Dei bonitatem erga homines immensam mirantur: maxime nos in Scholis decet studia & considerationes nostras ad Ecclesiæ Dei societatem adiungere: et prostratos coram Deo pro his summis beneficijs gratias agere, & pia ac attenta cogitatione tantarum rerū, fidem nostrā alere & confirmare. Eò etiam magis amemus & pluris faciamus & maiori sedulitate colamus studia Philosophie, & Linguarum, & Artium, que in scholis traduntur: quia sine illis recte & eruditè res tantas nec cognosci, nec alijs explicari posse experimur. Immensa bonitate Dei, Historia conceptionis, doctrinæ, miraculorum, passionis & mortis Christi seu Sacrificij hoc tempore pro nobis in ara crucis oblati, quod eterne salutis nostræ fundatum est, & reliquæ patefactiones & opera Dei miranda certis libris, Græcè & Ebraice initio scriptis, comprehensa sunt:

quos:

quos uult Deus ab omnibus hominibus assidue & attente legi,
audiri, cogitari, & uelut normam et regulam totius uitæ in cō-
spectu haberi. Necessaria igitur & diuinitus mandata esse
linguae Græce, Ebrææ, & Latinæ studia agnoscimus: quibus uea-
lut clauibus ad fontes doctrinæ Christi cognoscendos aditus ape-
ritur. Necessaria est Arithmeticæ ad temporum numerationem,
quibus promissiones de Christo ex Virgine nascituro, & reliqua
patefactiones Dei editæ sunt. Necessaria est Dialectica ad erudi-
tam & Methodicam doctrinæ de conceptione filij Dei expli-
cationem. Quātum lucis doctrinæ de persona & benefiis Filij
Dei accedit dextre & Grammaticè explicatis uocabulis S I=
LOH & I M M A N V E L , quæ in concionibus proximi festi
usurpantur. Collatio doctrinæ physicæ de usitato in natura or-
dine & modo generationis, magnitudinem huius miraculi, quod
ex uirginе Meſias natus est, illustrat. Sic omnes Artes, quas
Philosophia continet, ministras & ancillas ueræ de Christo do-
ctrinæ, & organa gloriæ Christi esse oportere statuamus. Et
ad hunc finem præcipuum eas dirigamus, ut Domini Dei, &
redemptoris nostri I E S V Cristri laudes illustremus. Id cum
fecerint aliquot eruditi & honesti uiri, qui hoc tempore gra-
dum Magisterij philosophici petunt, iustum est in ijs uicissu
nandis nostrum officium non desiderari. Quare pubblicè signi-
ficandum esse duximus, nos proximis diebus examina inchoatu-
ros, & promotionem Magistrorum in artibus habituros esse:
ut si qui alij se adiungere candidatis uolent, sua no-
mina mihi ante diem Dominicum indicent.

Datum Rostochij 25. Martij.

Anno 1565.

F I N I S.

Errata sic corrigantur.

Pagina 2. Versu 19. lege , tanto. p. 4. fac.
2. u. 24. in quibusdam exemplis expressum
est. $36\frac{1}{4}$ pro $36\frac{1}{4}$ & u. 25. 14. min. pro 4.
p. 5. f. 2. u. 1. l. semidiametrum. u. 20.
l. Solis, & Lune in primis. p 6. f. 2. u. 4. l. in-
uentam. p 7. f. 2. u. 4. l. credentes sine. p 8. u.
4. l. brumam. u. 14. mundi. p 13. f. 2. u. penult.
Februarij. p 16. u. 12. Christiane. p 20 f. 2.
u 7. sanctus. u. 16. hanc. p 26. f. 2. u. 8. l.
poenit. p 29. f. 2. u. 1. l. sed omnium. p 32. f.
2. u. 16. Memor. p 41. u. 2. l. ὄφα. u. 20. l.
ἄγο. p 42. f. 2. u. 4. l. hac. u. ultimo l. ζη-
σοπ. p 44. f. 2. u. 11. recreata. p 47. f. 2. in
titulo SOPHO. p 48. f. 2. u. 1. adiuti. u. 9.
l. primum u. 11. l. inuestigavit. p 52. & 53.
in titulo l. ARITHMETICA. p 55. in ti-
tulo l. HERODOTI. p 56. f. 2. u. 24. 25.
deleatur, pueriles Rhapsodie. p 60. coniungantur
Anna & Elizabeth Y Item Maria Virgo &
Maria soror. p 61. f. 2. u. 19. uitæ. p 62. f. 2.
u. 20. felicitate. p 65. f. 2. u. 1. animi. p 76. f.
2. u. 4. l. Anno 1560. p. 77. f. 2. in titulo dele
IN. p 83. u. 25. Nouemb. p 84. u. penult. le-
ctionem. u. ult. nostri. p 87. f. 2. u. 22. l. ue-
(.) rißi.

riſſi=p 94. f. 2. u. 4. l. οδε. u. 7. l. σκιᾱ u.
10. l. αντρωπ. p. 97. u. 14. l. μέτοχος u.
24. ἀπερπήσ. p 103. f. 2. u. 22. l. αμιταμ.
p. 104. f. 2. u. 18. l. ex enar. p. 107. u. 22.
poſſis. p 155. u. 13. l. θώ. p 118. in titulo li
THEOCRITI. p 119. u. 19. funto. p 120. u.
19. l. orbem. p 123. u. 10. l. et ex. u. 24.
l. tradita sunt. p 24 in titulo l. PROGNO-
STICA. p 129. u. 1. l. Tu tui. f. 2. u. 9. Ros-
rido. u 12. hinc & inde. p 130. u. 11. l. Soly-
marum. p 131. f. 2. u. 5. l. ρογ. p 132. f. 2.
u. 1. οιδιπός. u. 16. l. τένθος. u. 23. l. ωροφε-
ρησι. p 135. f. 2. u. 1. l. Disceptatio. u 29. φε-
pol. p 139. f. 2. u. 8. l. incepturnu. 9 peperere.
p 140. u. 8. DECANVS. p 144. u. 10. l.
adferat. p 145. f. 2. u. 7. Protinus. u. 8. l. ui-
num. p 146. u. 22. chorus. p 156. f. 2. u. 3.
ācre. u. 21. l. tristis Enyo. u. 23. instantibus. p.
162. u. 8. prohibetis. u. 17. Νόμιμα. u. 19. 3.
f. 2. u. 16. dele, etiam. p 163. u. 12. l. οὐκ
u. 23. ἀλλα. p 178. f. 2. u. 16. Necessarium
esse iudico. p 180. u. 15. 426. p 182. u. 1.
μολπή. p 186. u. 14. l. et colle. p 199. u. 17.
in. f. 2. u. 2. Quam furit in. p 204. f. 2. u. 8.
ἐνθά. u. 15. Eretria. u. 25. non. p 208. u. 12.
dchet. u. 19. dabit f. 2. u. 13. quem prætulit

Aſcra.

In deſcriptionibꝫ ſummi qꝫ cogitand. f 399.
389.

De methodis 206.
De utili usibus exercitiorum choiciorum fol 103, 22
De Scholarum serio fol 110.
De simb. Studiorum fol 157
De moty prognosticafii.
Cur Pothe in Scholis ppont f29.

Whitish areas in ~~plate~~ Thorectes ³³
152. 282. 347. 387.

17. Epiphany mōrīa, me pūrtibō ar tōardos ap
254.

h misfrys vito hīc f 296 b

De obitū pūtiorum f 28. 143 b. 200 304.

h breviario ex hac vito, anteq̄ mālinigrat,
ep confusione immixtum f 190. 241.

De mortuitate. 7 fragilitate respiratione 7 vita mōre
rux 7 calamitus pīoſt f 173. f 172 b.

vita mortuorum dispensationis f 174

h Substantia mortis f 252.

De Peste f 279 b.

Iora consolationis mortis f 285 b. 349.

De involutione vito hīc f 294. B 351.

h Cura calvitudinis & mortis f 392.

mfstatio in obitū libri op 351. 352. alioſt f 377.




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn1041854331/phys_0057](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1041854331/phys_0057)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn1041854331/phys_0059](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1041854331/phys_0059)




Postre
tie & feb
minum m
regat &
ricordie,
te, Ame

Nunc
mini Ma
quod dilig
& singula
da breuitate

GR

Recte
actio est ac
homines i
ne merent
Deus prop
& homini
& se ipsum
mendaces
non profite
Iniusti ver
que obliga



A7

05 1500

uB Rostock

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

038

Scan Reference Chart TE263 Serial No. image Engineering Scan Reference Chart TE263

TIO. o. in his la uer
fontem omnis sapien
ter filium suum Do
christum, nos omnes
aciat nos vasa mis
erem in omni eternita

tulat, ut & vos Do
ublicè specimen ali
tionis vestre edatis +
qua utili & incun
itis.

ARVM

o.

ctum est: Gatiarum
initatio. Nam ut
Fenduntur, & ad be
rdiores sunt: ita &
pem sua dona aufert
nim vult sua dona
e ingratis, qui sunt
ndaces quidem, quia
ceptum beneficium,
dunt aut id wpa, ad
j. & nos in reprehē
sionem